Linea imperatoꝝ
Inter regnū
Alphonſus

Richardus

IMperij electores. poſt obitū friderici ꝛ cōradi filij anno. 1256. de impa
tore deligendo ꝯtendentes bifarie diuidūtur. In q̄ diuiſione duos im
peratores. plures eligerūt. ſ. Alfonſum regē caſtelle. Et Richardū cornubie
comitē vel comarchū. frēm regis anglie. Sȝ neuter cōfirmatꝰ inter regnum
adhuc in aliquot annos ꝓgaſ. vſqȝ ad tpa gregorij decimi ꝛ rudolphi ro
manorum regis.

PTolomeus lucenſis ſe q̄cq̄d rex eius tpis geſtaꝝ ſcripſit. vidiſſe p̄fatꝰ
de carolo nude vt alij dixerit. Quoſdā adijt cardinales a clemēte pon
tifice miſſos carolū in lateranēſi ecclia hierlm ꝛ ſicilie regē ꝛ beatricē vxorē
reginā declaratos coronaſſe. Conſtat q̄ȝ ꝙ carolus dictoꝝ regnoꝛuȝ corona
ornādus p ſolennē ſtipulationē cōſcriptaqȝ q̄ extant ānnos duos de q̄nqua
ginta mille aureos in feudi penſionē ſbiectioniſqȝ ꝛ recognitionis romane
ſpopondit eccl'ie. Hiſqȝ in federibus actū nec ſucceſſoꝝ cuipiā licere romanū
imperiū. ſi etiā ab electoribꝰ demandatū eſſet. accipe admiſtrandū. Nā ꝛ ſi
terrebat pōtificem friderici primi ꝛ ſecūdi impatoꝝ memoria. Pñtis quoqȝ
tpis motꝰ formidabat. Alfonſus em̄ rex caſtelle impiū ad qđ incōtrouerſia
electus erat. armis ꝛ largitōe adnitebaſ accipe. Et comitē cornubie fratrē
regis anglie illius aduerſariū pūfacientes. Germani electores i carolū faci
liter ꝯſenſiſſent. Nec id eq̄ tuliſſet aīo alfonſus. quē cōſtat in ytaliā ducturū
fuiſſe. Niſi eū diſtinuiſſet heinrici friderici fratꝝ ſuoꝝ ſuſpitio motuū. quos
regno pulſos extra hiſpanias exulare cepit. Heinricus em̄ in gallias. Fride
ricus in affricā acceſſerāt vt ſarracenos hic. gallos ille ad caſtelle regni incō
modo cōcitaret. Et erat heinricus ditiſſimꝰ ex hiſpania aſportatis. Tandem alfonſus vir prudēs mortuo
Richardo intuitu pacis volūtarie corā gregorio decimo omni iure ceſſit.

MIrabilis pegrinatio ppłoꝝ q̄ a peruſinis incipiēs. non ſolū ytalie ppłos. verūetiā exteros adeo cō
mouit. vt nō longis agminibus crucē ſeq̄ntes ad cōuicinas ciuitates miſericordiā cōclamātes. ꝛ pacē
ſupplices cōmearent. Pueri quoqȝ vſqȝ ad. 2000. diabolica machīatione cruce ſignati ſunt. ac p legiones
ad diuerſas portus maris peruenientes. multi a piratis capti. pauci ad ꝓpria redierūt.

Albertus magnus

ALbertꝰ magnus natione ſueuus ex oppido laugingen in ripis danubij ſi
to oriūdus. Ratiſponēſis eps. ꝛ ordinis p̄dicatoꝝ ꝓfeſſor. His tpibꝰ pa
riſius clariſſimꝰ ꝛ oībus p̄ferendus fuit. doctor eccl'ie celeberrimꝰ. ſpendor ger
manie. vite ſctitate ꝛ doctrine tante fuit. ꝙ nemo ei an̄ponendus ne dū eq̄peran
dus ſit. Quāobrē magni cognomē adeptꝰ ē. Anno dn̄i. M.cclxij. ratiſponenſi
eccle eps in ordine. xxviij. p̄ficiſ. Ob amorē tn̄ doctrine relicto ep̄atu. p multos
annos colonie ꝛ pariſius publice theologiaȝ ꝛ p̄hiam docuit. Qui ꝛ oīa opera
Areſtotilis cōmētatꝰ eſt. Et theologiā xp̄ianam acutiſſime aperuit. Sup q̄tuor
ſentētiaꝝ libros ſcribēs. magnā ptem biblie expoſuit. Euāgelia ꝛ ep̄las Pauli
egregie declarauit. De aīalibus quoqȝ librū perpulcrū compoſuit. Et alia laude
digna. Tandē octuageſimūſeptimū agēs annū colonie ſpūm deo reddidit. Et i
choro eccleſie ſancte crucis ante ſummuȝ altare in archa ſaxea aſſiſtente Sifrido
archiepiſcopo colonienſi. ſummo honore ſepultus fuit. Miraculis quoqȝ in vi
ta ꝛ poſt obitum vt fertur claruit.

Bonauētura cardīalis

BOnauentura natione thuſcus. patria balneo reginus. Joanne fidanza. ꝛ ri
tella fidelibus cōiugibus ortus. Anno etatis ſue circiter ſecūdo ꝛ viceſimo
habitum religionis ſancti franciſci deuotiſſime ſuſcepit. docente illum alexandro
de ales tantam doctrinaꝝ perfectionem adeptus vt ſeptimo ingreſſus ſui āno de
lectus librū ſentētiarū in pariſienſi ciuitate clariſſime legerit. Et cathedrā mgr̄alē
accepit. Tredecimo ipius ingreſſus anno ordinis minoꝝ generalis miſter ꝛ the
ologus eminentiſſimus. ac albanenſis cardinalis epiſcopus (preter ſanctitatem
maximā) etiam ingenij gratia ꝛ auctoritate maxima preditus. Clariſſimus in to
to orbe habitus eſt. Qui pre ceteris doctoribus luculentiſſime ꝛ copioſe tum ſup
quatuor ſentētiaꝝ libros ſcripſit. Poſtillaſqȝ ſuper lucam; ꝛ alia ſcripſit de cōtem
platione de ſex alis ſeraphin. Regulam nouitioꝝ. Diui quoqȝ franciſci hiſtoriaꝝ
maiorem ꝛ minorem compilauit. atqȝ ordinis cōſtitutiones. Eas ob res ꝛ ꝓpter
eius frequentia miracula cū etiam cor ipſius (incinerato corpore) incorruptuȝ in
uentum fuerit. Sixtus quartus pontifex ſummus anno domini. 1482. in ſancto
rum pontificum numero merito aſcripſit.

SEVILLA